

LE DROIT CIVIL  
DANS  
LES PROVINCES ANGLO-NORMANDES  
AU XII<sup>e</sup> SIÈCLE

PAR

E. CAILLEMER

DOYEN DE LA FACULTÉ DE DROIT DE LYON  
CORRESPONDANT DE L'INSTITUT



CAEN  
IMPRIMERIE DE F. LE BLANC-HARDEL  
RUE FROIDE, 2 ET 4  
—  
1883

nationale dans le fonds latin, n° 3454, F° 53. La *Practica*, telle qu'elle existe aujourd'hui, est représentée par un seul feuillet, sur lequel un copiste du XIII<sup>e</sup> siècle a transcrit, non sans quelques distractions, le commencement de l'œuvre ; mais il devait y avoir une suite, qui a disparu. Une note, ajoutée à la dernière colonne, renvoie le lecteur à un signe conventionnel qui se trouvait plus loin : « O ...O : quere quod.... infra sub tali signo. »

Telle qu'elle est, malgré la mutilation qu'elle a subie, la *Practica* de Guillaume de Longchamp mérite de prendre place, à côté du Pseudo-Ulpianus et des autres œuvres dont nous avons parlé, dans la bibliothèque des juristes qui s'intéressent à l'Histoire du Droit.

Nos annotations se borneront à quelques références aux *Ordines judicarii* composés par les contemporains de Guillaume.

INCIPIT PRACTICA LEGUM ET DECRETORUM,  
EDITA A MAGISTRO W. DE LONGO CAMPO.

1. — Juris scientia res quidem sanctissima est, ex qua columbe provenit simplicitas et serpentis prudentia comparatur, ne vel fratrem in judicio circumvenias, vel aliorum versutiis supplanteris. Teste enim Ier., parum distat in judicio decipere vel decipi posse.

2. — Alto igitur et exquisito consilio, Dominus hujus scientie certos voluit esse preceptores, ne ,

si vaga cuilibet condendi jus facultas concederetur, ex confusione constituentium confusio nasceretur constitutorum, nedum quilibet sibi *judex* constitueretur, de facili culpam ignosceret in subditorum detrimentum, sed nec a pari nec a superiori quod suum esset equa lance redderetur.

3. — Sicut autem hominum duo sunt genera, clericorum et laicorum, et professione et vite ratione discretorum, ita dupli causa regiminis pius pater generi providit humano regni laici et sacerdotii, ita ut nec ecclesiasticus terreni curam regni usurparet, nec terrenus ecclesiastici jura regiminis conatu sacrilego attentaret.

4. — Gladii siquidem duricia, per imperatorem, excessus corrigi voluit laicorum; clericorum vero vitam piscatoris diligentia voluit moderari. Penes hos auctoritas residet precipiendi; ceteris vero incumbit necessitas obediendi.

5. — Sed, cum homines sunt, quia tantam humeris propriis non possent sarcinam sustentare, alios vocaverunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis; quibus equidem subditorum negotia discuciendi facultatem tradiderunt, sed eis ordine juris prius ventilatis.

6. — In omnibus vero judiciariis executionibus, ordo juris et sollepnitas sunt attendenda.

7. — Si quis ergo aliquem sibi obligatum crediderit, judicem sibi adeat competentem, et libellum, qui conventionalis dicitur, componat, in quo nō men judicis preponatur, deinde nomen actoris, postmodum nomen rei; et res petenda designetur,

et actio edatur; ad ultimum dies concepti libelli inscribatur.

8. — Res autem petenda designetur proprio nomine, puta si servus est qui petatur, — vel forme vel celature et cum ponderis designatione, ut in cipho, — vel in certa quantitate, ut pecunia, puta dicendo X vel C, — vel mensura, ut in annona et vino et similibus, exprimendo puta III modios vel II<sup>as</sup>, — (vel) quacunque alia circonlocutione, ut, cum equus petitur, colorem debet designare et quantitatem, utrum magnus vel parvus vel medioris, dextrarius an palafridus an roncinus, et alio certiori signo, puta si maculam habeat in capite vel aliquid tale. Ita dico fit ubi certus equus petitur; nam, si equus in generali promissus, infinite, sine aliqua certificatione, petetur. — Ubi autem certus fundus petitur, agri confines nominandi sunt, verbi gratia : qui habet a parte orientali fundum Mevii, ab occidentali fundum Ticii, a meridie fundum Pamphili, a septentrione viam publicam.

9. — §. Actio designanda est, non generalis tantum, sed specialis (1). Et, si alia non sit nisi generalis, exponatur causa ex qua nata sit obligatio ; ut certi conditio generalis est ad omnem

(1) Guillaume tranche ici, sans hésitation, une difficulté sur laquelle les glossateurs de la fin du XII<sup>e</sup> siècle étaient divisés. Placentin, élève de Martin Gosia, « in libello actionem edendam dicebat, et hoc ipso actionem proponi quod causa fuisset expressa ; ut ecce dicit aliquis etiam rusticus : Peto a te decem, quia rem meam vendidi tibi pro x. Ecce jam proposuit iste actionem ex vendito ; dicit enim ipsam,

obligationem ex qua quid certum potest peti, debet aliam exprimere, si alia ex eo contractu competat, puta actionem ex vendito vel depositi. Si autem nulla alia actio ex eo contractu competat, tunc causa designanda est ex qua actio orta est, puta certi conditio ex mutuo.

10. — Quo facto, dato fidejussore, cautionem exponat in litis executionem, scilicet quod litem contestabitur intra duos menses, aut omne damnum reo restituet, quod ex hac conventione consequitur,

ut ita dixerim, rationem debendi esse actionem... » (\*). — Mais Jean Bassien, élève de Bulgare, affirme que des objections innombrables peuvent être faites à Placentin : « Quod quidem infinitis rationibus potest reprobari, et reprobabo, donante domino, cum tempus habuero » (\*\*). Bassien n'exigeait pas cependant que le *nomen proprium actionis* fût inscrit dans le *Libellus* : « Dico in libello rem certa demonstratione debere designari, et post in judicio nomen specialiter exprimi, non in libello ex necessitate inseri » (\*\*\*) . — Plus rigoureuse encore était la coutume de Pise : « Prudentissima Pisana civitas... nomen actionis in libello exprimere constituit » (\*\*\*\*). — Voir Bergmann, sur Pillius, p. 12, note 12, et Bethmann-Hollweg, *Der Civilprozess des gemeinen Rechts*, t. VI, 1874, p. 25 et suiv. — L'auteur de l'*Ordo judiciarius Bambergensis*, dit, p. 7 : « Edi debet actio rationabiliter, i. e. specialiter, non generaliter » ; il se sert presque des mêmes expressions que Guillaume de Longchamp.

(\*) Nous citons la *Summa de Johannes Bassianus*, d'après l'édition de M. de Savigny, *Geschichte*, t. IV, 1<sup>re</sup> édition, p. 431-436 ; voir p. 454. — Cf. Placentin, *De varietate actionum*, lib. I, tit. I.

(\*\*) Cl. Azo, *Lect. in Cod.*, l. 3, *De Edendo*, 2, 1.

(\*\*\*) *Loc. cit.*, p. 455.

(\*\*\*\*) Bassianus, *loc. cit.*, p. 454.

in duplum, dum tamen summam XXXVI aureorum non excedat (1). Aureus vero pro solido computatur in lege.

11. — Aliam etiam exhibebit cautionem, si in causa succubuerit, scilicet quod X partem libello comprehensam, nomine expensarum, reo restituet (2). — Qui, si plus expendisse juraverit, ultra dictam quantitatem judex taxabit (3).

12. — §. Hoc facto, libellum judicii porrigat. Deinde per executorem reo offeratur, qui dabit fidejussorem judicio sisti, et postea secundum quantitatem litis sportulas det executori (4), et XX dierum gaudeat induciis in quibus deliberet an cedat an contendat (5).

(1) Novell. 96, c. 1, et Auth. *Libellum*, I, C., *De litis contestatione*, 3, 9. — Cf. Pillius, *De ordine judiciorum*, I, § 1, éd. Bergmann, p. 4 et suiv.; Tancredus, *Ordo judiciarius*, II, 14, éd. Bergmann, p. 174; voir aussi le *Decretum Gratiani*, causa III, qu. 3, 2<sup>a</sup> pars, § 4.

(2) Novelle CXII, c. 2, pr. : « .... Fidejussorem... conscientem quod..., si postea fuerit approbatus injuste litem movisse, sumptuum et expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis quo in libello continetur pulsato restituat. » Cf. l'*Ordo Bambergensis*, p. 8 et 22, et Pillius, I, § 1, éd. Bergmann, p. 4.

(3) Telle sera l'opinion d'Azon : « Intellige quod si reus tantum decimam expendit, decimam actor præstabit; si vero plus, præstabit amplius, et hoc taxatione judicis, si invenierit se plus expendisse, ut arg. Auth., *De dilat.*, *Quod fieri* (ad l. 2, c. 3, 11). » — Cette doctrine est rappelée par un des glossateurs de l'*Ordo judiciarius* de Tancrede (voir l'édition Bergmann, p. 174, note 8).

(4) Novell. 53, c. 3, § 2.

(5) Novell. 53, c. 3, § 1.

13. — Litis igitur contestatio contra hoc indultum habita pro nullo est.

14. — Si vero priores sollempnitates in aliquo defecerint, ex integro libellus est concipiendus et nove inducie ex integro dande, etiam si unus dies de XX tantum defuerit.

15. — Infra hos autem dies deliberationis, similiter deliberet utrum coram tali judice litigare velit, an eum tanquam suspectum recuset et alium postulet associari (1), nisi sit ille quem, alio recusato, petierit in alio judicio.

16. — Horum autem quedam, etsi non omnia, in jure canonico observantur. — Libelli porrectio non observatur, nec fidejussoris datio (2). Cetera tamen debent observari, scilicet rei petite predictis signis designatio, sine editione actionis. Canonum enim simplicitas editionem actionis non desiderat, sed sufficit judicis officium implorare (3). Loco tamen editionis, hodie, de consuetudine, que legi videtur esse consona, in judicibus delegatis, rescripti originale exemplum sub sigillo judicum

(1) Novell. 53, c. 3, § 1.

(2) Pillius, I, § 8: « Jure poli, in ecclesiasticis, libellus non est necessarius nec porrigitur. » Cf. Décrétale de Célestine III (1191-1198), Comp. II, *De dilationibus*, 2, 4, et c. 2, Greg., *De dilationibus*, 2, 8.

(3) Pillius, *Eod. loc.*: « Actio ibi non proponitur nec editur ex necessitate, quia sufficit pure et simpliciter factum ipsum et rei veritatem secundum formam canonum investigare. » Cf. Décrétale d'Alexandre III (1159-1181), c. 1, Comp. I, *De appellationibus*, 2, 20, et c. 6, Greg., *De judiciis*, 2, 1.

reo presentatur. A judicibus autem ordinariis, vel litteris propriis, vel per nuncium sub testificatione, querimonia actoris reo denunciabitur (1).

17. — Judicis autem recusationem canones non admittunt, sed loco ejus appellatio succedit. In canonibus enim, quia quacunque parte litis licet appellare (2), non fuit necesse ut aliud apponere retur remedium. Quia vero, secundum leges domini (3), sententia lata licitum est appellare, necesse fuit recusationis remedium invenire. — Hodie tamen, novo jure a Lucio III<sup>e</sup> Introducto (4),

(1) Tancrède, II, 3, § 2 : « Delegati judices in prima citatione consueverunt tenorem commissionis sibi factæ in literis citationis totum de verbo ad verbum inserere et reo, qui ad judicium vocatur, transmittere. »

(2) Tel était, en effet, le droit en vigueur au XII<sup>e</sup> siècle. Tancrède, IV, 5, § 14, éd. Bergmann, p. 301, le rappelle ainsi : « Secundum antiqua jura canonica, poterat appellari ante item contestatam et post, ante sententiam et post, et quandocumque, etiam nulla causa appellandi ostensa vel allegata. » Cf. Tancrède, II, 17, § 6. Mais le quatrième Concile de Latran, sous le pontificat d'Innocent III (1198-1216), modifie cette règle. « Hodie vero, ajoute Tancrède, per constitutionem Lateranensis concilii Innocentii tertii, in nullo judicio licet appellare ante diffinitivam sententiam, nisi iniuste gravetur. » Canon 35 : « Ut debitus honor » ; c. 59, Greg., *De appellationibus*, 2, 28). — Le quatrième concile de Latran ayant été tenu en 1215, Guillaume de Longchamp ne pouvait exposer que l'*antiquum jus*.

(3) Ces *Leges domini* sont les lois civiles, par opposition aux *Canones*.

(4) Décrétale « Ad aures nostras », § Postremo, de Lucius III (1181-1185); cf. c. 45, x, 1, *De appellationibus*, 2, 20, et c. 36, x; Greg., *De appellationibus*, 2, 28.

si causa fuit alicui commissa, qui consanguineus ejus sit qui litteras impetravit, aut qui in eodem negocio advocati officio sit functus, aut ex alia quacunque causa suspectus, hic (ms. : hunc) merito potest recusari, quamvis appellatione remota negotium fuerit delegatum (1).

18. — Hoc intelligo si justa causa suspicionis allegetur et probetur, veluti si ab eo in eadem causa fuerit appellatum, aut si fuerit infamis, aut res ad eum fuerit reversura, vel si sit inimicus, aut aliquid tale evenerit propter quod leges et canones prohibent ab officio judicandi. Non enim sufficeret, ut credo, simpliciter dicere datum judicem suspectum esse, nisi allegaretur et probaretur suspicionis causa. Alioquin littere ab apostolico impetrante defraudari possent (2).

19. — Igitur coram eo judice, quem recusat, debet causam suspicionis allegare et probare, sicut in aliis ..... fori exceptionibus et illius

(1) Voir Pillius, *De ordine judiciorum*, II, § 8, éd. Bergmann, p. 30.

(2) La question de savoir s'il suffisait au défendeur de dire : « Je récuse », ou s'il devait indiquer une cause légitime de récusation et prouver l'existence réelle de cette cause, était vivement discutée au XII<sup>e</sup> siècle, et une décrétale de Célestin III (1191-1198), c. 41, § 1, Greg., *De appellationibus*, 2, 28, ne mit pas fin à la controverse. Pillius, II, § 8, écrit encore au XIII<sup>e</sup> siècle : « Hoc est verum ut, tam in secularibus quam in ecclesiasticis, sufficiat dicere : « RECUSO », salva pace domini Cœlestini bonæ memorie, et non habeat necesse aliud dicere vel probare. »

**judicis erit judicare utrum sua sit jurisdictione vel non (1).**

20. — §. Vocatus etiam ab extero judice venire debet, vel responsurus, vel privilegium fori allegaturus. — Quod fortassis non ita infinite (2) posset intelligi.

21. — Quod si a tali judice sit in judicium vocatus, qui super eum quem vocat aliquam jurisdictionem haberet, nisi aliquo privilegio eximeretur, verbi gratia, est pretor in civitate qui cognoscit de causis privatorum, magister militum de causis militum; si ergo a pretore miles vocetur, venire debet et privilegium allegare, quia solo privilegio militari ab ejus jurisdictione eximitur, quo dempto sicut ceteri esset judicandus; — vel si

(1) A l'époque où Guillaume de Longchamp écrivait, on admettait donc que le juge récusé était compétent pour statuer sur la récusation. La loi romaine ne disait-elle pas : « *Prætoris est aestimare an sua sit jurisdictione?* » (L. 5., D., *De judicis*, 5, 1). — Mais déjà quelques juristes objectaient que nul ne doit être juge dans sa propre cause. Le 17 juin 1193, Célestin III trouva cette objection bien fondée, et, dans sa décrétale *Prudentiam*, il décida que la récusation serait jugée par des arbitres : « *Partes in aliquem judicem vel in aliquos non valde remotos convenient, per eundem judicem, qui nominatur suspectus, debent cogi, coram quo vel quibus si causa suspicionis infra terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua judex utetur. Quod si coram ipsis, in quos convenitur, ejusdem causa suspicionis probata fuerit, cause cognitioni supersedere tenebitur judex recusatus.* » C. 41, § 1, x. g., *De appellationibus*, 2, 28.

(2) Le manuscrit a *infronite*, qui, à la rigueur, serait justifiable.

ab archiepiscopo vocetur clericus subditus suo suffraganeo, quia aliquo casu posset sub eo conveniri, venire debet et allegare quod sub episcopo conveniri debet donec ab eo fuerit appellatum ; — vel cum causa a domino Papa fuerit commissa, si a judice ordinario fuerit vocatus, venire debet et docere quod causa a summo Pontifice fuerit alii commissa, qui privilegium habet omnium causas discutere, citra appellationis delationem, et alii delegare.

22. — Ab eo autem vocatus, qui vel nullam habet jurisdictionem, vel, si habet, tamen super vocatum non habet, et si privilegio non eximeretur, et etiam habere non potest aliquo casu, puta per appellationem, venire non cogitur, nisi fuerit judex delegatus ab eo qui super vocatum jurisdictionem habeat vel per predictum modum habere possit (1).

(1) Quelques auteurs, nous dit Pillius, faisaient une distinction analogue à celle de Guillaume, distinction que nous trouvons aussi dans la glose sur Tancrede : « Aut certum est aliquem non esse de foro alterius, aut dubium est. Si certum est ipsum non esse de jurisdictione, non habet necesse venire, et ita intelligitur l. 3, D., *De judiciis*, 5, 1; si dubium est, necesse habet venire (V. l. 2, D., *Si quis in jus vocatus*). » (Ed. Bergmann, p. 134, note 18.) Mais, comment avoir cette certitude, surtout avec la dernière éventualité prévue par Guillaume ? Nisi fuerit judex delegatus ab eo qui super vocatum jurisdictionem habeat, vel per delegationem habere possit. » — Aussi Pillius ajoute : « Sed verius est et magis obtinet quod semper vocatus ire debet ante judicem, allegaturus privilegia. » (Ed. Bergmann, p. 15.)

23. — Cum igitur ad judicium venit, caveat sibi reus ne exceptiones dilatorias differat usque post litis contestationem.

24. — Sunt enim exceptiones alie perpetue, alie dilatorie.

25. — Dilatorie sunt que causam ad tempus differunt, non admunt, et hec a principio litis debent opponi. Nam post litis contestationem frustra obicerentur. Hec competit quandoque ex persona judicis, ut dictum est, quandoque ex persona actoris, quandoque ex persona ejus qui alieno nomine vult experiri, quandoque ex persona rei, quandoque ex temporis qualitate, quandoque ex loco, quandoque ex re ipsa de qua agitur, quandoque ratione rescripti.

26. — Ratione agentis competit exceptio ut si sit minor et agere velit sine tutoris vel curatoris auctoritate. — Item si furiosus, si mente captus, si prodigus cui jure bonorum administratio est interdicta, — vel si pactum fecerit de non petendo in eternum, — vel quia sub alio judice eum super eodem convenerit, lite nondum finita; super eadem enim re, ab eodem, coram diversis judicibus, non potest quis conveniri; — vel si ipse actor judex esse velit.

27. — Ex persona ejus qui alieno nomine experitur, ut si sit miles procurator (1), — vel regularis persona agens pro persona privata, vel pro

(1) L. 8, § 2, D., *De procuratoribus*, 3, 3 : « Milites, nec si velit adversarius, procuratores dari possunt... »

alio monasterio quam pro suo (1), — vel quia infamis sit procurator (2), — vel quia mandatum non habeat (3), — *(vel quia sufficienter non caveat,*) — vel quia sit servus vel mulier (4), ubi non suorum causas exerceat (5).

28. — Ex persona rei, si status questio impuberi moveatur; debet enim usque ad tempus pubertatis deferri ; — vel quia appellavit ; — vel quia ejus jurisdictioni subditus non sit, coram quo convenitur (6) ; — aut quia servilis sit conditionis, unde actiones non potest recipere ; — aut quia speciali privilegio exemptus sit, ut sunt quidam archiepiscopi a jurisdictione sui primatis.

29. — Item ex persona rei, cum causa rei publice absit, quia forte legatione fungitur ; unde, ex quo iter arripuit, conveniri non potest super antiquio-

(1) Tancredus, I, 7, § 3 : « Monachus mandato abbatis causas monasterii tractare potest, ut c. 16, q. 4, c. 12 et 35. »

(2) *Pauli Sententias*, I, 2, § 1 : « Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam violentibus adversariis. »

(3) Pillius, II, § 2, cite comme exemple d'*exceptio*, qui met une preuve à la charge du demandeur, cette *exceptio* : « Non habes mandatum. Reus non habebit necesse probare suam exceptionem. »

(4) L. 54, D., *De procuratoribus*, 3, 3 ; l. 18, C., *Eod. tit.*, 2, 13 ; cf. l. 4, C., *Eod. tit.*, 2, 13.

(5) L. 41, D., *De procuratoribus*, 3, 3.

(6) Pillius, II, § 2, cite cette exception : « Non sum convenientus sub hoc iudice, quia legatus sum », comme exemple d'exceptions qui mettent une preuve à la charge du *reus*.

ribus contractibus (1). De his tamen super quibus contraxit dum legatione fungeretur, conveniri potest (2).

30. — Notandum tamen quod si quis ratione privilegii specialis vel generalis excipere forum potest, si tamen coram aliquo non suo tam ordinario quam delegato quis conveniat, non si volet ejus recipiet actiones reus, nisi actor ejusdem rei mutuis velit respondere petitionibus. Quod ita procedit si quidem in inicio litis postulaverit reus. Nam postea audiri non debet, nisi judicio priori finito. Quod utique magna equitate fuit introductum. — Contingebat enim, cum quis aliquem convenisset coram aliquo judice, ille idem conventus eum a quo conventus erat coram alio judice conveniebat (3) super alia causa, et procurabat sibi diem statui debere qui in alia causa statutus erat, sicque contingebat quod executio unius impeditret executionem alterius (4). Salubriori igitur

(1) L. 2, § 3, D., *De Judiciis*, 5, 1: « Legatis, in eo quod ante legationem contraxerunt, revocandi domum suam jus datur. »

(2) L. 2, § 4, D., *De Judiciis*, 5, 1: « Legati, qui ibi contraxerunt, dummodo ante legationem contraxerunt, non compelluntur se Romæ defendere, quamdui legationis causa hic demorantur. » D'où, par argument à contrario, *Legatus*, qui Romæ contraxit dum legatione fungeretur, ibi recte ex hoc contractu convenitur.

(3) Ms.: « Judice eum conveniebat. »

(4) Justinien dit: « Miserandum quid et ridiculum inde eveniebat; nam simulac quis causam suam agere volebat, statim eum reconveniens ad alterum judicem, quem ipse judicem acceperat, trahebat, atque ita se invicem

cautum est consilio ut coram eodem judge, si ab initio hoc contestaretur, reus posset mutuas contra actorem proponere actiones, presertim cum eum judicem recusare non posset, cuius in agendo sequitur arbitrium (1).

31. — Ratione temporis paratur exceptio, verbi gratia, duorum mensium, scilicet causa messis et vindemiarum; item ob sollempnitatem et repentinæ ferias (2); item propter sacra quadragesi-

circumducentes, immortalem litem exercebant. » Trad. Osenbrüggen.

(1) Novell. 96, c. 2.

(2) Tancrede, *Ordo Judiciarius*, II, 18, § 1, distingue trois sortes de Feriae : les solemnes, les repentinæ et les rusticæ. « Solemnæ sunt omnes dies dominici et solemnium festivitatum, et etiam quidam dies, qui præcedunt et sequuntur quasdam festivitates, scilicet a septem diebus ante nativitatem domini usque ad octavam epiphanie, a quinquagesima usque ad octavam paschæ, et septem diebus ante nativitatem sancti Johannis Baptiste. » — Tel est, dit Tancrede, le droit strict. « Tamen quod dictum est de observatione quinquagesimæ et de septem diebus ante nativitatem sancti Johannis, credo non tenere, per contrariam consuetudinem Romanæ Ecclesie et aliarum provinciarum, ceteris autem diebus in suo robore duraturis. » — Guillaume de Longchamp, plus rigoureux que la *Consuetudo romanæ ecclesie*, présente le temps quadragésimal comme férié.

« Repentinæ sunt quas princeps indicit ob publicam gratulationem, scilicet ob diem natalem imperatoris vel ejus filii vel propter gaudium victorie de inimicis habiteæ, quæ a nullo judge indici possunt nisi a principe.

« Rusticæ sunt seu publicæ quæ dantur propter publicam utilitatem, videlicet pro messibus et vindemiis colligendis; et sunt duorum mensium. Et hæ feriae rusticæ statuuntur

malis temporis jejunia (1). In his enim temporibus (2), non licet causas tractari, nec sacramenta facere, nisi pro pace reformanda, vel, nisi actio, tempore tali transacto, erat peritura, scilicet quia usucatio vel prescriptio intra hoc tempus erat complenda (3).

secundum consuetudinem cujusque loci et secundum varios situs terrarum, etc...

Voir au Digeste et au Code les titres *de Feriis*, D., 2, 12, et C., 3, 12.

(1) *Ordo Bambergensis*, p. 9: « Si enim omni tempore, etiam quadragesimæ, pro defensione patriæ et legum, præparationi bellorum parcendum non est, patet in hoc casu in jus vocationem non habere. » Pierre de Fontaines, dans son *Conseil*, chap. XXXVII, éd. Marnier, p. 320, réserve seulement la quinzaine de Pâques: « les VII jorz qui sont devant Pâques et les VII qui sont après. »

(2) L'*Ordo Bambergensis*, p. 9, prévoit deux autres hypothèses dans lesquelles l'*in jus vocalio* devra être différée: celle où le défendeur *funus procurat*, et celle où il se marie. « Si enim triduo debet cum uxore in oratione perseverare (ut dicitur causa 30, quest. 5, c. 1), ... non potest in jus vocari. » Cf. Pillius, I, § 5, éd. Bergmann, p. 16, et Damasus, tit. XIV. C'est l'application des lois 2 et 3, D., *De in jus vocando*, 2, 4.

(3) Tancrède, II, 18, § 2: « Quod autem dictum est, causas tractari non posse feriatis diebus, verum est generaliter; sed excipiuntur quedam causæ, quæ feriatis diebus possunt tractari..., videlicet ea quæ pertinent ad pacem et concordiam faciendam, ut pacta et transactiones; item ea quæ sunt tempore peritura vel morte; tunc eatenus proceditur in causa ut fiat litis contestatio, ut perpetetur actio quæ tempore peritura erat.... »

Cf. Pillius, *De ordine judiciorum*, I, § 5, éd. Bergmann, p. 15 et suiv., qui a, comme Tancrède, une division tripartite,

32. — Ratione loci, ut si locus talis sit constitutus ad quem sine magno discrimine non possit comparere, puta quia hostes in via habeat (1). Ita tamen intelligas, si in eodem loco habeat inimicicias, vel etiam per hostium terram transitum facere necesse habeat. Ita tamen quod si modica obliquatione tute venire potuit, excusationem non habet. Si vero non sine magna circuitione terrarum venire potuit, tunc exceptionem habebit ratione loci. Non enim imputandum est ei qui longa terrarum spacia non circuierit.

33. — Ratione rei de qua agitur, quia coram illo

mais à lui particulière : « Propter communes necessitates, ut messium et vindemiarum; item propter publicas, ut expeditionum indictarum et propter ferias solemnes et repentinias; item ob privatas necessitates ut cum quis uxorem ducit vel sepelit. »

Voir encore, sur ce sujet, Tancrède, *Ordo judiciarius*, II, 3, § 3, éd. Bergmann, p. 135, et l'*Ordo judiciarius* de Gross, titre VIII, p. 108 et suiv.

(1) Cette « exceptio, quae competit de loco non tuto », est mentionnée parmi les *Exceptiones dilatoriae judicii* dans la *Summa introductoria super officio advocationis in foro Ecclesiæ* de Bonaguida, p. III, tit. 3, éd. Wunderlich, p. 281. — Cf. deux décrétales d'Innocent III, l'une du 22 avril 1202 (47, Greg., *De appellationibus*, 2, 28); l'autre du 17 février 1205 (5, Greg., *Ut lite non contestata*, 2, 5). Voir aussi Tancrède, éd. Bergmann, p. 94, notes 31 à 33; Bouteillier, *Somme rurale*, ch. iv : « Sont à recevoir exoine de maladie....., exoine de guerre mortelle, etc. », et le *Très ancien Coutumier de Normandie*, éd. Tardif, 1881, ch. XLII et XLIII : « Plures sunt modi exoniandi:... pro guerra. De guerra, (expectabitur terminus) usque ad tempus pacis vel treuge. »

*judice res peti debet intra cujus territorium res sita est de qua agitur; cum de rei vindicatione agitur, si non res sit mobilis; si non immobilis (1). Secus est in personalibus actionibus. Sed etiam*

(1) Une distraction du copiste a rendu ce texte vraiment inintelligible. La faute a été reconnue, il y a longtemps : au-dessus du mot *secus*, on peut lire cette syllabe *va*, que complète cette autre syllabe *cat*, au-dessus du mot *actionibus*; mais elle n'a pas été corrigée. La correction est difficile, parce que les jurisconsultes du XII<sup>e</sup> siècle discutaient la question de savoir quel est le juge compétent en matière réelle mobilière. Azon, se fondant sur ce que la loi 3, C., *Ubi in rem actio*, 3, 10, ne distingue pas, mettait sur la même ligne les actions relatives aux meubles et les actions relatives aux immeubles. D'autres limitaient aux actions immobilières la règle que l'action réelle doit être portée devant le tribunal du lieu où se trouve le bien litigieux (\*). Dans l'état de notre texte, l'opinion de Guillaume n'apparaît pas clairement, et il peut sembler téméraire de la préciser.

Cependant, voici comment nous entendons le texte : « L'action réelle immobilière (*cum de rei vindicatione agitur, si non res sit mobilis*) doit être portée *coram illo judice intra cujus territorium res sita est de qua agitur*. L'action réelle mobilière peut être portée devant le juge compétent pour juger les actions personnelles ; elle peut aussi être portée devant le juge *sub quo res posita est quam petit, quia ratione illius rei coerceri potest reus ab hoc judice* (\*\*); en d'autres

(\*) Telle paraît être l'opinion de Tanorède (voir l'édition Bergmann, p. 119, note 32).

(\*\*) L'auteur anonyme de l'*Ordo judicarius*, publié par M. Gross, admet que l'action réelle mobilière peut être intentée partout où l'on trouve le défendeur en possession de la chose : « Quando quis realiter convenit (la res est un cheval), ubicumque deprehensus reus est, ibi iuri stare oportet. » *Incerti auctoris Ordo judicarius*, Innsbruck, 1870, p. 112. Cet *Ordo judicarius*, que M. de Schulte date de 1170 à 1180, a été composé, probablement à Paris, peu d'années avant l'époque où Guillaume écrivait.

coram eo judice petere potest sub quo res posita est quam petit, quia ratione illius rei coherceri potest ab eo judice. Si non res sit mobilis, si non immobilis. Secus est in personalibus actionibus, quia ibi actor forum rei sequitur.

34. — Forum intelligitur alicujus esse tum ratione contractus (1), tum ratione maleficii admissi, vel quasi maleficii.

termes, pour les actions réelles mobilières, Guillaume accorde au demandeur la faculté d'assigner, soit devant le juge du domicile du défendeur, soit devant le juge du lieu où se trouve le bien qui fait l'objet de la contestation. Ce droit d'option était accordé par la plupart de nos anciens auteurs au demandeur dans les actions réelles (\*). L'action personnelle doit toujours être portée devant le tribunal du défendeur; ici, il n'y a plus d'option possible, *secus est; semper actor forum rei sequitur.* »

(1) Manuscrit Bellin, f° 38, v°: « Quatuor sunt cause, quibus intervenientibus quis extra provinciam potest conveniri: gratia delicti, gratia domicilii, gratia contractus, gratia possessionis rei. Hec IIII<sup>or</sup> non meum forum faciunt meum..... Gratia contractus, ut si emeris equum, hibi convenieris vel respondebis... »

Tancrède, *Ordo judiciarius*, Pars II, tit. I, § 3: « Item ratione contractus convenitur quis apud non suum judicem, sed apud alium ubi contraxit, vel ubi dare promisit, ut L. 19, pr. et § 1, D., *De judiciis*, 5, 1; L. 45, pr. D., *eod. tit.*; L. 1, C., *Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit*, 3, 18. »

*Ordo judiciarius* de Gross, X, § 3, p. 112: « Ratione contractus, quia ubi aliquis fecit vel venditionem, vel aliam rem, vel crimen commisit, in eadem provincia pro hoc convenientius est. Dicit enim lex: in provincia qua quis delinquit, vel reus tenetur, in eadem iuri subiciatur. »

(\*) Voir Pothier, *Procédure civile*, n° 48.

35. — *Si enim in nundinis Leniaci contraxeris, coram judice illius loci ibi cogeris respondere* (1).

36. — *Vel si ibi servum alienum interfeceris, ibi Legis Aquilie actione convenieris, que scilicet oritur ex maleficio. Vel si ibi quadrupes tuus pau-*

(1) Au XIII<sup>e</sup> siècle, un Florentin, nommé Bourgeois Faubert, fournisseur de chevaux du roi d'Angleterre, se trouva débiteur d'une somme de seize cents livres petit tournois envers plusieurs marchands de chevaux, pour acquisitions faites dans les foires de Champagne et de Brie. Les gardes de ces foires écrivirent à la commune de Londres, en septembre 1299, pour la prier de faire saisir et vendre les biens de Faubert et de ses associés, afin d'employer le prix à l'extinction de la dette de seize cents livres que le débiteur ne payait pas. En cas d'insuffisance des deniers, ils demandaient l'emploi de la contrainte par corps et l'envoi des débiteurs, sous bonne et fidèle garde, jusqu'en Champagne, où justice serait faite (\*).

Vers le Carême suivant (N. S. A. 1300), le maire de Londres répondit que, les explications fournies par Faubert ayant paru satisfaisantes, et la dette semblant totalement éteinte, il était impossible de donner suite à la demande des gardiens des foires (\*\*).

Au mois de mai 1300, les gardes écrivent une nouvelle lettre au maire et aux citoyens de Londres. Dans cette lettre, ils déclarent nettement que les magistrats anglais ne sont pas juges de la question de savoir si la dette existe ou si elle a été éteinte. « *Cognitio nundinalium ad quemquam judicem minime pertinet, nisi ad nos tantummodo, ratione regiminis nundinarum nobis commissi.* » Ils réitérèrent donc leur demande, en faisant intervenir l'autorité du roi de France, me-

(\*) J. Delpit, Collection générale des Documents français qui se trouvent en Angleterre, t. I<sup>re</sup>, 1867, p. CLXII et 28.

(\*\*) *Eod. loc.*, p. 30.

periem fecerit, ibi actione de pauperie convenieris, que oritur ex quasi maleficio (1).

37. — Licet quis ibi possit conveniri, non tamen nego quin, domum reversus, coram suo judice possit conveniri. Hoc enim favore actorum institutum est, non reorum. Quare ad lesionem ipsorum actorum non debet retorqueri; quod utique fieret, si coram suis judicibus non possent conveniri.

38. — Ratione commissionis aliis judicibus prius facte, potest judicis delegati secundo judicium

naçant, en cas de refus, d'interdire l'accès de la Champagne et de la Brie aux citoyens et aux marchandises de Londres (\*).

La réponse du maire de Londres, datée du 20 août suivant, prouve que ce ferme langage des gardes produisit quelque effet. Le maire n'oppose plus un *non possumus* absolu. « Faubert, dit-il, est protégé par les libertés de la cité et nous n'osons pas mettre la main sur lui sans une autorisation préalable du roi d'Angleterre. Nous prions donc les gardiens des foires de s'adresser à ce prince, qui est maintenant en Écosse, nous déclarant prêts à exécuter immédiatement sa décision (\*\*). »

(1) Manuscrit Bellin, *Loc. cit.*: « Delicti; si Londoniis deliquisti, ibi punieris. Ita dico si ibi fueris deprehensus. Possunt tamen contraire casus ut auctoritas alicujus et hujusmodi. »

Tancrède, *Ordo judiciarius*, II, 1, § 3: « Item ratione criminis in aliena terra commissi, ut L. 1, C., Ubi de criminibus agi oporteat, 3, 15. »

*Ordo judiciarius* de Gross, X, § 4, p. 112: « Si vero aliquis aliquid in alia provincia commisit et in civitate alterius provincie domicilium habeat, ibi etiam domicilii ratione pro eodem conveniri potest. »

(\*) *Eod. Loc.*, p. 34.

(\*\*) *Eod. Loc.*, p. 33.

evitari. Verbi gratia, si litteras impetraverit quis super aliqua causa contra aliquem, et ille postea alias impetraverit aliis judicibus directas super eodem negocio, secundis non cogitur primus respondere, nisi secunde priorum mentionem fecerint expressam (1).

39. — Quid autem si in secundis litteris ita continetur : Nullis litteris obstantibus, si que appauerint veritate tacita impetrare, vel ita : Nullis litteris obstantibus veritati et justicie, si que appauerint a S. A. impetrare ? — In utroque casu, dici potest quod nequaquam prioribus litteris derogabitur, nisi in prioribus litteris veritas suppressa probetur.

40. — Sed si simpliciter dictum esset : Nullis litteris obstantibus, in eo casu dicunt quidam prioribus litteris esse derogatum, precipue argumento illius legis que dicit : « Quod si ita dixerit testator : Ticius heres esto, ceteri omnes exheredes sunto, nominati omnes intelliguntur exhereditati (2) », et aliis pluribus exemplis, que, revolutis concordantii (3), facile est reperire.

(1) Décrétale d'Alexandre III, c. 3, Comp. I, *De rescriptis*, 1, 2; c. 3, Greg., *De rescriptis*, 1, 3.

(2) L. 23, pr., D., *De liberis et postumis*, 28, 2.

(3) Que sont devenues les *Concordantiae* qu'il suffisait de feuilleter pour y trouver des arguments ? L'*Ideoma novum seu Concordantiae juris utriusque*, imprimé au XV<sup>e</sup> siècle, n'existe pas du temps de Guillaume ; on peut en dire autant du *Reportorium aureum*, imprimé en 1495 (Stintzing, *Geschichte der populären Literatur*, 1867, p. 9 et 14). — Guil-

41.— In primis igitur, cum quis auctoritate rescripti convenitur, primitus bullam diligenter consideret, utrum in caracteribus concordet litterarum vel imaginum, si circuli equeales sint (1). — Postmodum consideret stilum litterarum, si redoleat formam romani stili. — Preterea etiam consideret si in litteris apertis sit aliqua rasura, quia in clausis non obest. Si ergo in litteris apertis fuerit rasura, considerandum erit utrum in loco suspecto hec sit, vel non suspecto, quia in loco suspecto hec obest et suspicionem incurrit falsitatis. — Item considerandum est utrum rescriptum indultum sit tanquam presenti vel tanquam

laume devait avoir en vue la *Panormia* et le *Decretum*, attribués à Yves de Chartres, et surtout le *Decretum* de Gratien, dont le titre véritable est *Concordia discordantium canonum*, mais qui a été quelquefois appelé *Concordantia discordantium canonum*.

(1) Les falsifications de lettres pontificales étaient si fréquentes au moyen âge que les souverains pontifes recommandaient sans cesse aux évêques de se tenir en garde contre les fraudes et d'examiner avec grand soin les lettres qui leur étaient présentées. La correspondance d'Innocent III, qui occupa le siège de Rome de 1198 à 1216, et dont on peut dire qu'il fut le contemporain de Guillaume de Longchamp, est pleine d'allusions aux manœuvres des faussaires, et, pour déjouer ces manœuvres, de renseignements sur les usages de la chancellerie romaine. Innocent, comme le fait ici Guillaume, invite les évêques à soumettre à une inspection minutieuse la bulle, le fil de la bulle, son point d'attache, le parchemin, l'écriture, la rédaction, les formules, etc. (Voir Félix Rocquain, *La Papauté au moyen âge*, 1881, p. 146).

absenti. Diversa quidem est forma. Absentibus enim ita indulgetur : Ex conquestione illius ad nos pervenit...; vel ita : Relatum est ad nos quod ille et cetera ; et uti indulgetur ex tenore rescripti potest perpendi.

---

Caen, Typ. F. Le Blanc-Hardel.